



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De Legatis pijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

ingenij illius industria, intelligentia, & munere studiorum rationes, & exercitationes singularib. decretis præstituat, ac præscribat, & ubi opus esse viderit, aliquibus etiam præter illas studiorum exercitationes præscriptas, iubeat, etiam poena suspensionis, aliaque arbitrio suo

proposita, eos certo constituto tempore ad examinatores in urbe eo potissimum nomine constitutos se conferre; vnde doctrinarum, librorumque, quibus ex visitationis decreto studuerint, accuratam diligentemque rationem ijs reddent.

CAPVT VI.

De Legatis pijs.

Concil.
Prou. 6.
de bon.
& iur.
Eccles.

VISITATOR in visitationis munere, de pijs legatis accuratè, diligenterque inquirat; accersitisque etiam ad se, si videbitur, heredibus, alijque, qui ea exequi præstareue debet, de illis ipsis decernat, certumque præterea tempus, quo ea illi præstent, omnino constituat; & si tempore constituto non soluerint, arbitrio Episcopi puniantur. Interim eorum nomina in tabellâ in Sacristia loco conspicuo affixam referri iubeat. Cognoscat etiam illa Rectores, & Notarij ad præscriptum denunciauerint, videlicet, Rector infra quindecim dies, & Notarius infra tres menses, & si in hoc deliquerint, eos moneat, vel etiam puniat. Aduertat quoque, ne pia testatorum voluntates villo pacto prætermittantur, mutenturque; vbi sustineri, ac adimpleri possunt.

Concil.
Prou. 2.
tit. 3. de
testat. 17.

In interpretatione verborum diligenter consideret, an restrictiua, vel exemplificatiua sint, ad hoc, ut dignosci possit, an legatum augeri debeat, vel non: quando ad onus persoluendum id, quod soluitur, non sufficit, neque testatoris voluntas ex alijs coniecturis discerni potest. Consideret etiam an à principio erat sufficiens legatum pro onere, vel non. Item an multum excedat onus à tempore, quo impostum est.

Borgni.
lib. 4. de
eiusa.
indice
verb.
Verba.
Borgni.
decil.
17. lib. 1.
sub. nu.
72. cap.
quanto
de censu.
Tyrac.
post ali-
os de
privileg.

In hac verò frequentissima materia, pro utiliori, ac faciliiori Visitationis expeditione, infra scripta, quæ frequentiora sunt, hic apponere constitui.

In causis ergo pijs memoria teneat Visitator iuris diuini, & iuris naturalis tantum considerationem habendam esse.

Et in legatis generaliter factis ad pias causas melius deberi. Ideò ubi testator reliquit Ecclesie calicem, intelligitur de argento, ubi vestem, intelligitur de serico, licet hoc Tyrac. non placeat, sed fortè procedet in dubio; & ubi alia efficacior præsumptio non esset.

Meminerit etiam conditionem mixtâ calu deficientem pro impleta haberi in legatis pijs; sicut etiam in dubio de mera potestatiua dicitur.

Item voluntatè testatoris infra annum executioni mandandâ esse: Et ubi opus sit, rem à testatore relictam hæredi ipsius iussa non implenti sequestri nomine deponere iubeat; ipsumque ad omne emolumentum, & interesse soluendum cogat.

Ampl. hæc conclusio, ut procedat etiâ si hæres esset impeditus, alijque occupationibus detentus.

Secundò ampl. ut procedat etiam in declaratione, & in electione.

Primò limitatur non procedere, quâdo qualitas operis longius tempus requirit; quia eo casu sufficit ita inchoasse, ut de eius negligentia minimè appareat.

Secundò limit. non procedere, quâdo testator prouidit de tempore: quia eius voluntas seruanda est: & intelligitur currere tempus à die scientiæ, & à die aditæ hæreditatis.

De-

pir casu
privileg.
164.
Bart in
l. Titia.
& Seia.
ff. de ant.
& argem.
leg.
Tyrac.
privileg.
Aretin.
conf. 94.
num. 4.
Tyrac.
privileg.
37. & 38.
Authen.
Ampli-
us. C. de
fideicō.
cap. nos-
quidem.
vbi doct.
de testa-
Concil.
Prou.
2. tit. 3.
decre-
16.
c. si hæ-
redes. v-
bi Abb.
de testa-
Tyrac.
privileg.
leg. 97.
Aret.
conf. 94.
num. 3.
Tyrac.
privileg.
97.

Abb. in d. c. nos. quidem.

Declaratur etiam hæc conclusio, vt nõ procedat in legatis pijs, quantum ad hoc videlicet, vt expectetur annus: legata enim pia infra sex menses soluenda sunt: & currit tempus à die inscriptionis testamenti. Quantum verò ad deuolutionem executionis ad Epif. nec expectatur annus; sed requiritur tãtum duplex monitio post negligentiam exequi debentis: Vbi verò vnica tantum monitio præcedit, expectatur annus.

Abb. in præcit. loco.

Aduertat etiã Visitator, ne commutatio vltimæ voluntatis in aliũ vsum, quã expressũ, fiat; quia nequaquã fieri potest.

Clem. 2. de relig. dom.

Primò, ampl. hæc cõclusio, vt procedat, etiã si Episcopi autoritas intercesserit.

d. Clem. 2.

Secundò, ampl. vt procedat etiam, si fieret autoritate legati de latere.

d. Clem. 2. Socin. de matr. oblar. lib. 19. num. 3. d. Clem. 2. Socin. d. nu. 3. Abb. in in d. cap. nos. Soc. in præcit. loco n. 4. d. cap. nos. Tyraq. p. i. uileg. 47. Soc. d. num. 4.

Primò, lim. non procedere, vbi autoritas Sum. Pont. interuenerit; quia Sum. Põr. id de plenitudine potestatis potest.

Secundò, limit. quando nõ potest seruari ad illum vsum propter aliquod impedimentum: tunc enim fieri potest autoritate Episcopi, & cõsensu partium, & si pars non consenserit, Episcopus solus exequi poterit.

Sublimitatur non procedere, quando testator vltterius processit; sicut etiã quãdo dixit, quòd possit cõmutari: sed hæc nõ est sublimitatio, quia tunc est implementũ, non autem cõmutatio voluntatis.

Tertidò, limit. non procedere in commutatione rãporali ex iusta causa, quia eo casu Episcopus potest.

Declaratur hæc cõclusio, vt procedat in vltimis voluntatibus, secus fortè in cõ-

tractibus, quia eo casu potest fieri commutatio cum voluntate hæredis, vt Soc. ait, licet non audeat omnino affirmare, Contrarium autem videtur velle Abb.

Aduertat etiã Visitator, quando executio legati nemini mandata est: nõ, si testator Eccl. construi mādēt, & non dicat, per quem, hæres exequi tenetur: secus est in relictis pauperibus, vel pro redẽptione captiuorum: quia tunc Epif. est executor. Et curet, vt fructus medij temporis etiam soluantur. Quod locum habet, quando dies appositus est gratia legatarij; vel vbi legatũ relinquitur Monasterio, vel capellæ construendæ: tunc enim fructus medij tẽporis illi debentur.

Inspiciat etiã diligenter, vbi legatum relictuũ est pro aliqua puella nuptui tradenda etiam nominatim, an illud factũ fuerit intuitu personę, vel ad piã causam. Hoc enim casu deberetur alij puellæ, si illa decesserit, antequam consequeretur legatum. Si verò aliquos legata pia, vel obligationes Eccles. factas de fraudantes, & inuadentes inuenerit: nisi moniti emendentur, illos tanquã sacrilegos puniat, etiam excomunicacionis sentẽtia: qui si scienter pro defunctis legata defraudent, diuinæ pietatis exacerbacionẽ prouocãt; & de fide futuræ resurrectionis titubare dicuntur. Et quia sæpè executoris incuria vltimæ voluntates differuntur, videat Visitator, vbi executor exequi inchoauit, vel legatum pro executione sibi factum agnouit; & ipsum ad exequendum compellat, vel alium illius expensis deputet.

Soc. d. num. 4. Abb. in d. c. nos. quidẽ in princ.

Abb. in d. c. nos. quidem, nu. 4.

Abb. in d. c. nos. num. 7.

Abb. in d. c. nos. in fin.

c. nonnulli. 12. q. 2.

c. quæ oblatio. ncs. 12. q. 2.

Collecta. in d. c. nos. quidem.

Ferr. p. 4. de legat. sol.

CAPVT VII. De Decimis, & Primitijs.

a. Paro. chianos.

CVM decimæ de iure Diuino in dominij recognitionẽ Deo debeantur,

ab omnibus soluendæ essent: sed vbi cõmuniter non soluntur, non sunt petẽdæ,

de decim. cõ. sim.

E 3

vel